

140. *Allium flavum*, omnino.

140. *Pedicularis incarnata*, sic certe videtur.

125. *Cerithe minor*. optime.

*Crotalaria laburnifolia* scripsi ni valde fallor. vide Burm. zeyl. 82. t. 35.

Nunc accipi *Cupheam* et video diversam plantam, ni fallor olim misisti *Cupheae* *Tuae* characterem quem non reperi, licet anxie quaesiverim.

*Aethusae* generis est *Bunias*, quem antea pro *Carvi* habui.

Folium missum non novi, est valde simile speciei *Psoraliae* cuidam herbaceae.

*Anabasis tamariscifolia*, sed numquam vidi in ea calycem petaloideum, simillima planta est *Salsola* prostrata *Pallas* iter 1. p. 430. t. 9. *Buxb.* cent. 1. t. 15. et 18. f. 1. *Gmel.* sibir. 3. t. 12. f. 2. t. 19. f. 1. t. 20.

His vale Upsal. 1773, d. 14. Decembr.

*C. Linné.*

## 75.

Vir amplissime!

Ad Tuas ultimas.

*Cycae strobilum* masculinum in literis mittere nequeo, habet enim magnitudinem et staturam omnino strobili fructus *Pinus sativae*. Duas squamas includo.

*Seseli glaucum* (uti nec reliquas *Umbellatas*) nequeo ex figuris dignoscere, includo folium partiale.

*Gorteria* missa non est *Gorteria fruticosa*, possideo jam multas *Gorterias*, sed neutra harum *Tua* est.

*Hedysarum obscurum* sp. pl. est *Tuum*. *Haller* flor. 335. me seduxit, dum dicit vestram esse eandem cum *sibirica* (*H.* alpino meo). *Sibirica* s. alpina mea est altitudine humana.